



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Denkwürdige Beiträge für Geschichte und Rechtsalterthümer

Wigand, Paul

Leipzig, 1858

31. Der alte und neue Rath setzt fest, wie die Mitglieder aus den Gilden
sollen erwählt werden; 1314

urn:nbn:de:hbz:466:1-30944

30. **Sulbigung und Belehnung der Stadt. Entrichtung einer Lehnware. (14. Jahrh.)**

Wan wy Borgermestere, Radmanne unde ghemeynheit der Stad to Hoxere huldeghet eynem unsem Herren, eynem Abte tho Corbeya, de zine Confirmacien unde van len hefft, so schole wy ome gheven eyn voder bers, unde dar mede scholen unse borghere, de des to donde hedden, van ome myt oren guden belent zyn, unde endorven ome vorder nicht don, noch ore gude zunderlinge van ome entfan. Dit is unse wonheit, vrigheit unde recht, unde wy wilt de unsen dar bi beholden.

V. **Einzelne Urkunden und Statuten, die innere Verfassung und Verwaltung betreffend.**

31. **Der alte und neue Rath setzt fest, wie die Mitglieder aus den Gilden sollen erwählt werden. 1314.**

Noverint Universi presentium auditores, quod nos Joh. Bocholt Junior, Bartoldus de Antepontem, Henricus senior, Monetarius, Lambertus Bartrami, Johannes Bösen, Nicolaus de Curia, Henricus de Sundenberg, Johannes aurifaber, Joh. Luna, Joh. de Voltzen, Didericus Cerdonis et Joh. Rellonis, Consules novi;

Nec non Lambertus de Sualenberg, Lambertus de Storke, Hermannus Longus, Joh. Bocholt, senior, Godtschalckus de Luchtringen, Henricus Böse, Herbertus, Henricus de lapidea domo, Rudolphus, Didericus Lapidica, Lambertus de Voltzen, et Hermannus Rellonis Consules antiqui civitatis Huxariensis, cum discretionibus totius nostrae civitatis, bona voluntate in unum convenimus, et unanimi consensu sumus concordati, quod in tempore electionis consulatus nostri proxime instantis, eligere volumus Consules civitati nostrae ad commodum, profectum et honorem; hujusmodi tamen adjecta conditione, videlicet, quod nos novi Consules praedicti de Gilden totius nostrae civitatis eligemus duodecim viros, scilicet duos ex pannicidis, duos ex pellicificibus, duos ex lanificibus, duos ex cerdonibus et sutoribus, duos ex pistoribus, unum ex fabris et unum ex carnificibus. Hi duodecim viri jurati super Sanctos solitarii conclusi, sine omni intervallo et sine omni respectu ad eligendos, sive malo sive bono

in loco, etiam ipsis ad hoc specialiter deputato, nobis eligent consilium idoneum et competens de tota nostra civitate, exclusis tamen totaliter se ipsis et nobis de electione facienda. — Sed et rursus et tunc illi electi ad consilium ad ecclesiam S. Kiliani ducentur in proxima sequenti dominica, et jurabunt officium consulatus super Sanctos, secundum antiquum morem. — Et in illud juramentum ponetur ipsis a nobis, qui tunc antiqui Consules erimus, ut in expiratione sui temporis eligant duodecim viros de praedictis Gilden totius civitatis, qui tunc eligant consilium subsequentis anni, secundum formam jam praedictam.

Ut autem haec electio a nobis perpetua, firma et inconvulsa et nostris successoribus in nostra civitate servetur, praesentia sigillo nostrae civitatis duximus roboranda. Datum anno D. millesimo trecentesimo quarto decimo in Assumptione Mariae.

32. Befreiung eines vom Kloster Brenkhausen gekauften Hauses von den öffentlichen Lasten. 1337. *)

Nos Theodericus Dei gracia Abbas Corb. recognoscimus, et in hiis scriptis publice protestamur, nos legisse et audivisse literas fidelium nostrorum, opidanorum in Huxaria, quarum tenor talis est: Noverint universi presencium inspectores et auditores, quod nos Consules civitatis Huxarie, communicato consilio veterum consulum, libertavimus ac presentibus perpetue libertamus Domine Abbatisse et Conventui sanctimonialium in Beringehusen domum suam lapideam in nostra civitate prope Grovam sitam, cum area sua nec non reliquis suis pertinenciis, ab omnibus vigiliis, exactionibus, que Schot dicuntur, et a quibuscunque juribus civilibus ad nos spectantibus, quibus ceteri concives nostri sunt astricti, cum persona religiosa, quam in ipsam domum pro tempore locare voluerint, que cum bonis suis predicta libertate cum domo gaudebit commorando in ea, veluti Religiosorum est consuetudo. Si vero persona aliqua secularis ipsam domum inhabitaverit, is faciet de bonis suis duntaxat, et non de domo vel area, quamlibet justiciam sive constitutionem,

*) Nach einer Randbemerkung hatte das Haus denen von Monnigshausen (Münchhausen) gehört.